Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch
Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Coccejus, Heinrich

[Bremen], 1745-12-15

VD18 91018358

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: 99.z.0001-188

urn:nbn:de:gbv:46:1-181172

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

Humanarum ea eſt rerum viciſſitudo, ut qui modo lætus fauſtúsque ortus erat dies, aliquando luctuoſus funeſtúsque occidat. Rectè idcirco atque prudenter PAULUS ÆMILIUS Conſul devictum PERSEUM admonebat: *præſenti non credere fortunæ*, *cùm* QUID SERUS VESPER VEHAT, INCERTUM SIT, ut *elegantiſſimus Hiſtoriæ Romanæ conditor* LIVIUS memoriæ prodidit Lib. XLV. cap. VIII. Quin & hinc in *proverbium* apud veteres abiit, quod uni Satyrarum Menippearum libro, *teſte* GELLIO lib. XIII. cap. XI. & Macrobio *Saturnal*, Lib. I. cap. VII. titulum fecit M. VARRO: NESCIS QUID SERUS VESPER VEHAT. Sanè non fortunæ tantùm aliarúmque externarum prærogativarum, uno die ingens accidere poteſt mutatio, ſed & ipſius vitæ; ut qui ſoſpites valentésque orientem conſpexerant ſolem, eodem occaſo jam ipſi ſilentum umbris occubent, ſimúlque hos qui eorum ſalute adhuc primò mane impensè lætabantur, ſub veſperam deceſſu ſuo in graviſſimum mœrorem conjiciant. Neque privatos tantùm iſtiusmodi caſus tangunt, ſed & publica nonnunquam gaudia turbant, & ſolennes feſtivósque Reipublicæ dies in luctum convertunt. Omnium horum evidentiſſimum exemplum nobis XV. labentis menſis dies præbuit. Poſtquam enim demortuo proximè Magnifico Conſuli, ſub initium præteritæ hebdomadis, ipſis Idibus Decembribus, quibus aliquando apud Romanos quoque, ut modo laudatus LIVIUS Lib I. cap. XXXVII. auctor eſt, *Conſules magiſtratum occupere*, Succeſſor datus, inque ejus locum ſequenti die novus Senator lectus eſſet, vix hic poſtero mane, ſecundum eum pro more. Virorum quicquid eſt honorariorum civiumque inſigni multitudine, in curiam ſolemni ritu ductus erat, ſéque dicto ſacramento civitatis commodis dicaverat, cùm eadem veſperam, eadem horâ quâ matutina illa ſolemnia celebrata, alius ex Procerum ordine ſubitanea morte abreptus eſt, qui ſurgentem adhuc eo die lucem, quantum provecta jam ætas ſiliquam ſanum imminutum vigor viréſque ferebant, ſic ſatis, ut videbatur, valens, adſpexerat. Tantò luctuoſior triſtis hæc veſpera cariſſimis honoratiſſimisque liberis extitit, quò minus eam primo mane metuerant, quòque teneriori ſemper amantiſſimum parentem amore complexi ſunt. Tantò eadem univerſæ civitati funeſtior accidit, quò magis quem matutino tempore redintegratum gaudio erat, procerum numerum, eum ſubitò iterum imminutum lugere cogebatur, idque jacturâ Viri, cujus ut aliæ eximiæ dotes, ita inprimis ſingularis *comitas affabilitásque ſermonis*, *quæ* ſemper *animos hominum conciliet*, *difficile dictu eſt*, ut CICERO ait Lib. II. de Offic. cap. XIV. eum civibus paſſim omnibus apprimè carum reddiderant. Eſt is de quo loquimur, *Vir Nobiliſſimus*, *Ampliſſimus atque Conſultiſſimus*, HENRICUS COCCEJUS, *U. J. D. per viginti*, *& quod excurrit annos Reip. Senator meritiſſimus*, *& Xenodochii ad Æd. D. Remberti Proviſor ſpectatiſſimus.* Cujus ſtemma celebratiſſima in orbe literato COCCEJORUM nomina nobilitant. *Patrem* enim, hic Bremæ A. cIↃIↃcLXXVI. a. d. xviii. Dec. natus, habuit Virum *S. Reverendum & tam egregii eruditione quàm prudentiâ Theologicâ maximè conſpicuum*, HERMANNUM COCCEJUM, cœtûs Mariani Paſtorem primarium digniſſimum & Venerandi admodum Miniſterii per plures annos Seniorem: *Matrem*, *Nobiliſſimam & avavis laude decoratiſſimam* Matronam ELISABETHAM MEIERAM. *Paterni* ſtemmatis inſigne decus erat *Avus*, *Vir Nobiliſſimus*, *Ampliſſimus longéque Celeberrimus*, GERHARDUS COCCEJUS, *JCtus excellentiſſimus*, Summi immortalisque memoriæ Theologi JOHANNIS COCCEJI frater, qui primùm in Illuſtri hoc Lyceo *Profeſſor Juris* tantâ laude nominisque famâ ruinus eſt, ut, licèt fruſtra, Lugdunum Batavorum A. cIↃIↃcXL. in locum *Petri Cunæi*, ad primam in eadem facultate locum ſollicitaretur. Mox *Reip. Senator*, domi æquè ac foris, inprimis in quinquennali conventu Monaſterienſi & Oſnabrugenſi utiliſſimam patriæ operam præſtitit, hácque occaſione adeò inclaruit, ut ipſius *S. Cæſareæ Majeſtatis* nomine, ab ejusdem primo legato illuſtriſſimo Comite, *Maximiliano à Trautmansdorf*, illi nobilitatis decus offerretur, cúmque id deprecaretur, *Comes palatii Cæſarei*, ipſiust Imperatoriæ manûs ſubſcriptione conſtitueretur: Deinde *Sereniſſ. Principi Friſiæ Orientalis à conſiliis intimis* lectus *Auricum*, atque hinc tandem ut *Anteceſſor* in facultate juridicâ, ad *Academiam Groninganam* evocatus, hincque ſpartam ad mortem uſque dexterrimè ornavit, licèt & paulò ante à *Sereniſſ. Principe Haſſiaco* ad *Profeſſionem Marpurgenſem*, junctâ dignitate *Conſiliarii*, nec non *Vice-Cancellarii Academiæ* invitaretur. *Avia* fuit (T.T.) KUNIGUNDA HOLLEN, (T.T.) *Hermanni Hollen*, Spectabilis Collegii Seniorum Membri & Ædilis ad D. Martini, nec non (T.T.) *Metta à Bobart* filia. *Maternum* genus ornavit, *Avus*, Vir Nobiliſſ. & Ampliſſ. HENRICUS MEIERUS, *Magnarius* ex præcipuis, & Reip. patriæ *Senator*: *Avia*, (T.T.) MARIA STEINEKEN, (T.T.) *Conradi Steineken*, *Mercatoris* integerrimi, & (T.T.) *Eliſabethæ Hulſeberæ* filia. Ut maturè litteris imbueretur, miſerunt eum Parentes A. cIↃIↃcLXXXI. in Scholam publicam, unde peracto feliciter omnium claſſium curriculo A. cIↃIↃcXCIV. circa Paſchatos feſtum dimiſſus, & ad altiora ſubſellia promotus eſt. Audivit inde ab illo tempore hîc loci tam in propædeuticis quàm juris ſtudio Celeberrimos Profeſſores DIDER. SAGITTARIUM, JOH. TASINGIUM, JOH. EBERH. SCHWELINGIUM & ALBERTUM MEIERUM, idque tanto fructu, ut mox geminum profectuum ſpecimen, *orationem* quidem, *de ideâ boni politici ſub emblemate Joſephi Proregis Ægypti*, & *diſſertationem juridicâ* ſub præſidio *Clariſſ. Alb. Meieri*, *de privilegiis viduarum* cum laude habitâ, ediderit. Exactis hac ratione quatuor in noſtrâ bonæ mentis Officinâ annis, inclytam Academiam Francofurtenſem adiit, *ſummorumque illius ævi Virorum*, HENRICI COCCEJI & MARCI RHODEN doctrinâ tertium annum uſus, in *Academiam* tandem *Ultrajectinam* commigravit, ubi & cognatis Clariſſimis illâ ætate Viris, tandem viii Martii A. cIↃIↃcc. præviâ inaugurali Diſſertatione, *de Reivindicatione* in utroque jure Doctor renunciatus eſt. Hinc inſtituto per *Hollandiam*, *Friſiam* & *Brabantiam* itinere, viſisque locis rebúsque maximè memorabilibus, per *Cliviam* & *Veſaliam* pedem *Wezlariam* promovit, & poſtquam illic aliquandiu hæſiſſet, præcipuisque nominis Viris innotuiſſet, ſalutatis vicinis *Academiis Gieſſenſi* & *Marpurgenſi* earúmque Celebb. Profeſſoribus, inde per *Palatinatum*, *Helvetiam* atque *Bavariam* profectus eſt, tum quoque ad tempus *Ratisbonæ* commoratus, illuſtrem illam Majeſtatis Imperatoriæ ſedem. *Viennam in Auſtriâ* inviſit. Hic aliquot menſes ſubſiſtens, diligenter perluſtratis omnibus viſu dignis imperatoque ad Summos Viros acceſſu, tandem *Bohemiam* atque *Saxoniam* tranſiens, ſalvis parentibus ipſe, non ſine mutuo gratiſſimo gaudio, ſalvus redditus eſt. Aderat jam tempus, ut & de erigendâ familiâ cogitaret, quem in finem & ambiit & impetravit omnibus prærogativis abundè ditatam Nobiliſſimam Virginem GERTRUDEM A RAESFELD, Nobiliſſ. atque Ampliſſ. Viri GEORGII A RAESFELD, Magnarii lautioris fortunæ & Senatoris, nec non Nobiliſſ. Matronæ, SARÆ MARIÆ A KEHRBERGEN filiam. Nihil his nuptiis poterat eſſe auſpicatius, cùm & ſummâ animorum conjunctione viverent, nec torus infœcundus eſſet. Nati enim inde ſunt 8. liberi 1. *Hermannus*. 2. Nobiliſſ. atque Ornatiſſ. Virgo *Sara Maria*, quæ dein nuptum data (T.T.) *Gerhardo Langen*, Negotiatori feliciſſimo, ex quâ vidit nepotem optimæ ſpei juvenem *Johannem*, qui ſtudiorum causâ Marpurgi degit, neptémque ſciſſimam virginem *Mariam*. 3. Alter *Hermannus*. 4. Nobiliſſima itidem omnique virtute conſpicua Virgo *Eliſabetha*, nunc Viri Nobiliſſ. atque Conſultiſſ. *Hermanni Haken*. U. J. D. & in foro patrio Advocati ex præcipuis, judiciisque hæreditarii in Borgfeld, dilectiſſima conjux. 5. Lectiſſima Virgo *Maria Gertrudis*. 6. Vir Nobiliſſ. & Conſultiſſ. *Johannes Georgius Coccejus*, U. J. D. & cauſarum Patronus integerrimus. 7. *Filiola*, ſtatim poſt partum extincta. 8. Filius *Henricus*. Ex his poſterior cum *duobus Hermannis* jam in teneriori infantiâ. Virgo *Maria Gertrudis* ante quadriennium, anno ætatis XXIX. fatis ceſſit, reliquis divinâ benignitate ſuperſtitibus, optimique Parentis jacturam amarè deflentibus. Turbabant quidem non parùm feliciſſimi conjugii gaudia liberorum acerba funera, at longè tamen magis, ipſius plus oculis dilectæ Conjugis, quæ Deo ſic jubente, illi jam maturè a. d. xvii. Junii A. cIↃIↃccXXII. eripiebatur, tantúmque ſui deſiderium poſt ſe relinquebat, ut nunquam ejus ſine dolore meminiſſe poſſet. Interim uti ſemper aliis inprimis cauſas eorum in foro agendo, aut conſilia opem ejus deſiderantibus dando, aut litigantes amicè componendo, prodeſſe ſtuduit, ita ex quo A. cIↃIↃccXXV. a. d. xiv. Septemb. in Ampliſſimorum Procerum ordinem allectus eſt, patriæ uſibus ſe totum dedit, ſummâque curâ & fide dignitatem hanc tutus eſt. Privata ejus vita comitatem in proximum, pietatem in Deum ſpirabat. In exercitiis cultûs publici (quod in illis inprimis laudandum, quos Deus eminentiori loco conſtituit, & ad quorum mores ſe alii facilè componere ſolent) adeò aſſiduus, ut nullo ferè tempore ejus præſentia in ſacris Eccleſiæ conventibus deſideraretur. Valetudine inde à juventute gaudebat firmâ atque proſperâ, ita ut non immeritò crederetur ſummam ſenectutem attingere poſſe, præcipuè cùm & excitatioris animi eſſet, & ſemper temperanter admodum viveret. Verùm ante aliquot annos vehementi morbo impetebatur, & licèt inde reſtitutus videretur, ab aliquo tamen tempore, variantibus inprimis anni tempeſtatibus ſentit quædam pectoris incommoda, cum tenaciori tuſſi, morbiſque ſenilibus, unde pedetentim, provectiore inprimis ætate, pectus æquè ac integrum corpus debilitabatur, hæcque tandem incommoda in cachexiam degenerare videbantur. Non parcebant quidem arti machanniæ, cujus adminiculo quoque ſe ita ad tempus levatum ſentiebat, ut muneribus ſuis, quantum afflictæ vires permitterent, adhuc diligenter vacaret, ſed prioribus tamen malis recrudeſcentibus, virium quoque proſtratio cum reſpirandi difficultate, ultimis 4. diebus, tanta incrementa capiebat, ut a. d. xv. Decembris cùm adhuc menſæ aſſidens cœnam ſumſiſſet, impletis LXIX. & III. dies demas, annis, inter nonam decimámque veſpertinam ſubitò placidéque exſpirans, animam fido Creatori redderet. Recipiet hodie, inſtitutis ſolemnibus exſequiis, tumulus in æde D. Anſgarii mortales reliquias. Tu Lector ſi ſapis, tibi quæ è re tuâ ſunt, cape, *dúmque neſcis quid ſerus veſper vehat*, *& ſera nimis vita eſt craſtina*: *vive hodie!* V. P. P. Bremæ a. d. xxii. Dec. A. cIↃIↃccXLV.

1745. Q22

60.

RECTOR & P

ILLUSTRIS SCH

LECT

Humanarum ea eſt rerum viciſſitudo, ut qui
ſtúsque occidat. Rectè idcirco atque prudenter PAULUS ÆMILI
VEHAT, INCERTUM SIT, ut *elegantiſſimus Hiſtoriæ Romanæ conditor*
quod uni Satyrarum Menippearum libro, teſte GELLIO lib. XIII. cap.
VEHAT. Sanè non fortunæ tantùm aliarúmque externarum prærogat
tem conſpexerant ſolem, eodem occaſo jam ipſi ſilentum umbris occ
in graviſſimum mœrorem conjiciant. Neque privatos tantùm iſtius
in luctum convertunt. Omnium horum evidentiſſimum exemplum
ſub initium præteritæ hebdomadis, ipſis Idibus Decembribus, quibus aliquando apud Romano
Succeſſor datus, ínque ejus locum ſequenti die novus Senator lectus eſſet, vix hic poſtero
curiam ſolemni ritu ductus erat, séque dicto ſacramento civitatis commodis dicaverat, cùm
neâ morte abreptus eſt, qui ſurgentem adhuc eo die lucem, quantum provecta jam ætas illá
luctuoſior triſtis hæc veſpera cariſſimis honoratiſſimísque liberis exſtitit, quò minus eam prim
eadem univerſæ civitati funeſtior accidit, quò magis quem matutino tempore redintegratum
Viri, cujus ut aliæ eximiæ dotes, ita inprimis ſingularis *comitas affabilitásque ſermonis, quæ*
eum civibus paſſim omnibus apprime carum reddiderant. Eſt is de quo loquimur, *Vir Nobi*
excurrit annos Reip. Senator meritiſſimus, & *Xenodochii ad Æd. D. Remberti Proviſor ſpectati*
enim, hîc Bremæ A. cIↄIↄcLXXVI. a. d. XVIII. Dec. natus, habuit Virum *S. Reverendum & tam*
cœtûs Mariani Paſtorem primarium digniſſimum & Venerandi admodum Miniſterii per plu
THAM MEIERAM. *Paterni* ſtemmatis inſigne decus erat *Avus*, *Vir Nobiliſſimus*, *Ampliſſim*
que memoriæ Theologi JOHANNIS COCCEJI frater, qui primùm in Illuſtri hoc Lyceo *Pr*
cIↄIↄcXL. in locum *Petri Cunæi*, ad primum in eadem facultate locum ſollicitaretur. Mox Re
utiliſſimam patriæ operam præſtitit, hácque occaſione adeò inclaruit, ut ipſius *S. Cæſareæ Maje*
bilitatis decus offerretur, cúmque id deprecaretur, *Comes palatii Cæſarei*, ipſius Imperatoriæ ma
Auricum, atque hinc tandem ut *Anteceſſor* in facultate juridicâ, ad *Academiam Groninganam*
Haſſiaco ad *Profeſſionem Marpurgenſem*, junctâ dignitate *Conſiliarii*, nec non *Vice-Cancellarii*
Spectabilis Collegii Seniorum Membri & Ædilis ad D. Martini, nec non (T.T.) *Mettæ à Bobart*
rius ex præcipuis, & Reip. patriæ *Senator*: *Avia*, (T.T.) MARIA STEINEKEN, (T.T.) *Con*
bueretur, miſerunt eum Parentes A. cIↄIↄcLXXXI. in Scholam publicam, unde peracto felicite
promotus eſt. Audivit inde ab illo tempore hîc loci tam in propædeuticis quàm juris ſtudio Ce
LINGIUM & ALBERTUM MEIERUM, idque tanto fructu, ut mox geminum profectuum ſpe
juridicâ ſub præſidio *Clariſſ. Alb. Meieri*, de *privilegiis viduarum* cum laude habitâ, ediderit.
tenſem adiit, *ſummorumque illius ævi Virorum*, HENRICI COCCEJI & MARCI RHODEN du
Clariſſimis illâ ætate Viris, tandem VIII Martii A. cIↄIↄccI præviâ inaugurali Diſſertatione, *de R*
Brabantiam itinere, viſíſque locis rebúſque maximè memorabilibus, per *Cliviam* & *Veſaliam* pe
tuiſſet, ſalutatis vicinis *Academiis Gieſſenſi* & *Marpurgenſi* earúmque Celebb. Profeſſoribus,
commoratus, illuſtrem illam Majeſtatis Imperatoriæ ſedem. *Viennam in Auſtriâ* inviſit. Hic
ros acceſſu. tandem *Bohemiam* atque *Saxoniam* tranſiens, ſalvis parentibus ipſe, non ſine mutu
quem in finem & ambiit & impetravit omnibus prærogativis abundè ditatam Nobiliſſimam Vi
Magnarii lautioris fortunæ & Senatoris, nec non Nobiliſſ. Matronæ, SARÆ MARIÆ A KEHR
rent, nec torus infœcundus eſſet. Nati enim inde ſunt 8. liberi 1. *Hermannus*. 2. Nobiliſſ. atque O
quâ vidit nepotem optimæ ſpei juvenem *Johannem*, qui ſtudiorum causâ Marpurgi degit, nepo
conſpicua Virgo *Eliſabetha*, nunc Viri Nobiliſſ. atque Conſultiſſ. *Hermanni Haken*, U. J. D. &
ctiſſima Virgo *Maria Gertrudis*. 6. Vir Nobiliſſ. & Conſultiſſ. *Johannes Georgius Coccejus*, U. J
Ex his poſterior cum *duobus Hermannis* jam in teneriori infantiâ, Virgo *Maria Gertrudis* ante
rentis jacturam amare deflentibus. Turbabant quidem non parùm feliciſſimi conjugii gaudia
ſic jubente, illi jam maturè a. d. XVII. Junii A. cIↄIↄccXXII. eripiebatur, tantúmque ſui deſideri
mis cauſas eorum in foro agendo, aut conſilia opem ejus deſiderantibus dando, aut litigantes a
Procerum ordinem allectus eſt, patriæ uſibus ſe totum dedit, ſummáque curâ & fide dignitatem
cultûs publici (quod in illis inprimis laudandum, quos Deus eminentiori loco conſtituit, & ad q
ſacris Eccleſiæ conventibus deſideraretur. Valetudine inde à juventute gaudebat firmâ atque p
tatioris animi eſſet, & ſemper temperanter admodum viveret. Verùm ante aliquot annos ve
inprimis anni tempeſtatibus ſenſit quædam pectoris incommoda, cum tenaciori tuſſi, motibúsq
tabatur, haécque tandem incommoda in cachexiam degenerare videbantur. Non parcebatur
ſuis, quantum afflictæ vires permitterent, adhuc diligenter vacaret, ſed prioribus tamen malis
menta capiebat, ut a. d. XV. Decembris cùm adhuc menſæ aſſidens cœnam ſumſiſſet, impletis LX
mam fido Creatori redderet. Recipiet hodiè, inſtitutis ſolemnibus exſequiis, tumulus in æde D.
veſper vehat, & ſera nimis vita eſt craſtina: vive hodie! V. P. P. Bremæ a. d. XXII. Dec. A.

ROFESSORES P.
LÆ. BREMENSIS
DRI S.

o lætus fauſtúsque ortus erat dies, aliquando luctuoſus fune-
onſul devictum PERSEUM admonebat: *præſenti non credere fortunæ, cùm* QUID SERUS VESPER
US memoriæ prodidit Lib. XLV. cap. VIII. Quin & hinc in *proverbium* apud veteres abiit,
& Macrobio *Saturnal.* Lib. I. cap. VII. titulum fecit M. VARRO: NESCIS QUID SERUS VESPER
n, uno die ingens accidere poteſt mutatio, ſed & ipſius vitæ; ut qui ſoſpites valenteſque orien-
imúlque hos qui eorum ſalute adhuc primo mane impensè lætabantur, ſub veſperam deceſſu ſuo
iſus tangunt, ſed & publica nonnunquam gaudia turbant, & ſolemnes feſtivóſque Reipublicæ dies
is XV. labentis menſis dies præbuit. Poſtquam enim demortuo proximè Magnifico Conſuli,
que, ut modo laudatus LIVIUS Lib I. cap. XXXVII. auctor eſt, *Conſules magiſtratum occœpere,*
mitante eum pro more, Virorum quicquid eſt honoratiorum civiúmque inſigni multitudine, in
b veſperam, eadem horâ quâ matutina illa ſolemnia celebrata, alius ex Procerum ordine ſubita-
n parum imminutus vigor viréſque ferebant, ſic fatis, ut videbatur, valens, adſpexerat. Tantò
ne metuerant, quoque teneriori ſemper amantiſſimum parentem amore complexi ſunt. Tantò
riſa erat, procerum numerum, tam ſubitò iterum imminutum lugere cogebatur, idque jacturâ
topere animos hominum conciliet, difficile dictu eſt, ut CICERO ait Lib II. de Offic. cap. XIV.
us, Ampliſſimus atque Conſultiſſimus, HENRICUS COCCEJUS, *U. J. D. per viginti, & quod*
s. Cujus ſtemma celebratiſſima in orbe literato COCCEJORUM nomina nobilitant. *Patrem*
gni eruditione quàm prudentiâ Theologicâ maximè conſpicuum, HERMANNUM COCCEJUM,
annos Seniorem: *Matrem, Nobiliſſimam & quavis laude decoratiſſimam* Matronam ELISABE-
ongéque Celeberrimus, GERHARDUS COCCEJUS, *JCtus excellentiſſimus,* Summi immortalis-
ſionem Juris tantâ laude nominiſque famâ tuitus eſt, ut, licèt fruſtra, Lugdunum Batavorum A.
enator, domi æquè ac foris, inprimis in quinquennali conventu Monaſterienſi & Oſnabrugenſi
nomine, ab ejuſdem primo legato illuſtriſſimo Comite, *Maximiliano à Trautmansdorf,* illi no-
ſubſcriptione conſtitueretur: Deinde *Sereniſſ. Principi Friſiæ Orientalis à conſiliis intimis* lectus
iit, hàncque ſpartam ad mortem uſque dexterrimè ornavit, licèt & paulò ante à *Sereniſſ. Principe*
demiæ invitaretur. *Avia* fuit (T.T.) KUNIGUNDA HOLLEN, (T.T.) *Hermanni Hollen,*
. *Maternum* genus ornavit, *Avus,* Vir Nobiliſſ. & Ampliſſ. HENRICUS MEIERUS, *Magna-*
Steineken, Mercatoris integerrimi, & (T.T.) *Eliſabethæ Holſcheræ* filia. Ut maturè litteris im-
nnium claſſium curriculo A. cIↃIↃcXCIV. circa Paſchatos feſtum dimiſſus, & ad altiora ſubſellia
errimos Profeſſores DIDER. SAGITTARIUM, JOH. TABINGIUM, JOH. EBERH. SCHWE-
ien, *oratione* quidem, *de ideâ boni politici ſub emblemate Joſephi Proregis Ægypti,* & *diſſertatione*
ctis hac ratione quatuor in noſtrâ bonæ mentis Officinâ annis, inclytam Academiam Francofur-
in tertium annum uſque uſus, in *Academiam* tandem *Ultrajectinam* commigravit, ubi & cognitis
indicatione in utroque jure Doctor renunciatus eſt. Hinc inſtituto per *Hollandiam, Friſiam* &
Wetzlariam promovit, & poſtquam illic aliquandiu hæſiſſet, præcipuique nominis Viris inno-
per *Palatinatum, Helvetiam* atque *Bavariam* profecutus eſt, tum quoque ad tempus *Ratisbonæ*
liquot menſes ſubſiſtens, diligenter perluſtratis omnibus viſu dignis impetratóque ad Summos Vi-
enſiſſimo gaudio, ſalvus redditus eſt. Aderat jam tempus, ut & de erigendâ familiâ cogitaret,
iem GERTRUDEM A RAESFELD, Nobiliſſ. atque Ampliſſ. Viri GEORGII A RAESFELD,
EN filiam. Nihil his nuptiis poterat eſſe auſpicatius, cum & ſummâ animorum conjunctione vive-
iſſ. Virgo *Sara Maria,* quæ dein nuptum data (T.T.) *Gerhardo Langen,* Negotiatori feliciſſimo, ex
ue ſcitiſſimam virginem *Mariam.* 3 Alter *Hermannus.* 4. Nobiliſſima itidem omníque virtute
co patrio Advocati ex præcipuis, judiciſque hæreditarii in Borgfeld, dilectiſſima conjux. 5. Le-
& cauſarum Patronus integerrimus. 7 *Filiola,* ſtatim poſt partum exſtincta. 8. Filius *Henricus.*
Iriennium, anno ætatis XXIX. fatis ceſſit, reliquis divinâ benignitate ſuperſtitibus, optimíque Pa-
iberorum acerba funera, at longè tamen magis, ipſius plus oculis dilectæ Conjugis, quæ Deo
oſt ſe relinquebat, ut nunquam ejus ſine dolore meminiſſe poſſet. Interim uti ſemper aliis inpri-
componendo, prodeſſe ſtuduit, ita ex quo A. cIↃIↃccXXV. a. d. xiv. Septemb. in Ampliſſimorum
ac tuitus eſt. Privata ejus vita comitatem in proximum, pietatem in Deum ſpirabat. In exercitiis
am mores ſe alii facilè componere ſolent) adeò aſſiduus, ut nullo ferè tempore ejus præſentia in
erâ, ita ut non immeritò crederetur ſummam ſenectutem attingere poſſe, præcipuè cùm & exci-
nti morbo impetebatur, & licèt inde reſtitutus videretur, ab aliquo tamen tempore, variantibus
brilibus, unde pedetentim, provectiore inprimis ætate, pectus æquè ac integrum corpus debili-
dem arti machaoniæ, cujus adminiculo quoque ſe ita ad tempus levatum ſentiebat, ut muneribus
leſcentibus, virium quoque proſtratio cum reſpirandi difficultate, ultimis 4. diebus, tanta incre-
ſi III. dies demas, annis, inter nonam decimámque veſpertinam ſubitò placidéque exſpirans, anſ-
garii mortales reliquias. Tu Lector ſi ſapis, tibi quæ è re tuâ ſunt, cape, *dúmque neſcis quid ſerus*
ccXLV.